

Ung VI 182

Occasionalia
politisimum carmine
vol. 22
W-182.

W-182.

V I R O

SVMME REVERENDO MAGNIFICO AMPLIS-
SIMO EXCELLENTISSIMO QVE

D O M I N O

V A L E N T . E R N E S T O
L O E S C H E R O

D O C T O R I T H E O L O G . E I V S -
D E M Q V E H V C V S Q V E I N I L L V S T R I S S I M A
S A X O N V M A D A L B I M A C A D E M I A P R O F E S S O R I P U B L I C O
C E L E B R I M O A L V M N O R V M I T E M S A X O N .

E P H O R O S P E C T A T I S S I M O

I A M V E R O

I N A V L A S A X O N I S R E G I A E T E L E C T . C O N -
S I L I A R I O E C C L E S I A S T I C O P R O T O S Y N E D R I I A S S E S S O R I E C C L E S I A E
D R E S D E N S I S A D A E D E M D . C R V C I S P A S T O R I H V I V S Q V E
A C V I C I N A R V M S V P E R I N T E N D E N T I

D I G N I S S I M O

D O M I N O P A T R O N O D O C T O R I Q V E
S V O O M N I H O N O R I S E T Q S E R V A N T I A E C V L T V I N P E R -
P E T V V M P R O S E Q V E N D O

N O V A S H O N O R V M D I G N I T A T V M Q V E

A C C E S S I O N E S

R E L I G I O S I S S I M E

G R A T V L A T V R

M . G O D O F R E D V S V V A G N E R V S

I V T R E B O C E N S I S S A X O

V I T T E M B E R G A E I N S A X O N I B V S

E X O F F I C I N A K R E V S I G I A N A

A . C I O 1 0 C C I X

G E P E C H T I C H O A E T C E P I C H E R O M I C H O L A T T I

MAGNIFICE VIR,
PATRONE SVMME,

SVMME REVERENDO MAGNIFICO AMPLIO
SVMME REVERENDO MAGNIFICO AMPLIO

Vehementer olim et gratulabatur sibi, et gaudebat, charissima Iuauissimaque Patria mea, cum TE, virtute doctrinaque tanta Virum, Sacrorum Antifititem nanciseretur, qui ciuibus diuinam emendataimque doctrinam proponeret, nec pietatem verbis solum, sed rebus etiam factisque, testaretur. Vtinam vero Iutrebogae amplissima isthac felicitate, prout ea quidem optabat, frui diutius concessum fuisset. Iutrebocenfum enim insigne vnicumque Delicium a Delicianis, anxie nimis illud expetentibus, velut extorquebatur. Verum, ne illo in loco, SVMME REVERENDE VIR, constanter perseuerares, sed, vt muneribus longe quoque maioribus exquisita cum doctrina sapientiaque TVA praefestes, Stimmo Praepotentique Numini erat visum. Quare, cum DIJUS IOANNES DEVTSCHMANNVS, Doctor Theologus de celeberrima hac propter Albim Academia, ac de vniuerso Lutheranorum coetu, immortalem in modum promeritus, laboribus tandem exhaustus infinitis, ac senio ipsam diuini Mosis metam transigrelfus, de mortali ad immortalem illam stationem transi- ret, haud alium, quam TE, AMPLISSIME VIR, qui DEVTSCHMANNO succederet, elegit. Ecquis vero laudibus fatis dignis extollere potest, quanta fide, cura, solertia, dexteritate, quanto item fructu atque emolumento, gesseris amplum hoc arduumque munus? Hoc quidem tenui in cultoque scribendi genere laudes tantas, tantaque merita, exprimere haud me vnuquam posse, sed, rem viribus meis esse maiorem, ingenue fateri cogo. Omnem quippe nauabas operam, vt omnes ac singuli sacrarum literarum cultores integrum incorruptamque de Deo doctrinam, in hoc celeberrimo verae pietatis domicilio, Diui LVTHERI

RI ope, Herois illius, invicto plane diuinae mentis
robore praediti, repurgatam, atque in hunc
visque diem integre a piis sincerisque doctoribus
conseruatam, haurire possent. Quare, cum vel
sex, vel septem, immo octo, horas instituto huic con-
fcreares, ac publicè priuatumque variis de sacris rebus
neruofe disputares, discendi desiderio ita confluebant
ciues, vt eos acroaterii saepe spatiū haud capere vi-
deretur. Omnes, qui TE pro concione, in templo
ad arcem siti, singulis hebdomadibus, summa cum vo-
luptate et admiratione, verba facientem auscultar-
bant, haud alium, quam alterum quendam CHRY-
SOSTOMVM, se audiuisse, candide non minus, ac
vere, confitebantur. At, cum satis cognitum perspe-
ctumque TIBI esset, hodie non paucos numero pra-
uios peruerloque inueniri homines, qui, malevolentia
quadam suffusi, veram sinceramque de Deo do-
ctrinam extirpare penitus ac eradicare conentur, for-
titer contra hos bella Dei gerens, scriptisque aduer-
sum eos confectis, strenue iplos oppugnasti, eorum
que vanas opiniones et absurdas reuiciens, haud vnu-
quam sine palma reuertisti. Quanquam vero, hanc
ipsum ob causam, purioris doctrinæ hostes, inepto
pariter, ac infasto, mentis errore abrepti, insenso
vtique in TE animo essent, ac multis magnisque TE
onerarent contumeliis, aequo tamen omnia mode-
ratoque animo perferens, par pari referre nolebas,
sed incomparabili TVO exemplo, singulari quodam
verae patientiae argumento, comprobabas egregiam
mansuetudinem animi, et incredibile studium, quo
nunquam reculare velis, pro Seruatoris Optimi Ma-
ximi honore doctrinaque, facere fortia et pati. Plura
de TVIS ingentibus in Academiam hanc, totumque
adeo coetum diuiniorem, meritis, cum mei vires in-
genii, prout iam fassus sum, non sufficient, addere
mihi vix licet, qui nihil perinde habeam in votis,
quam, vt TVISHac in Academia beneficiis longius ego
quoque frui potuisse. Quae sane res praeter spem
omnem

omnem cecidit et expectationem, summoque Numini placuit, ut neque in hac per celebri ad Albim Vrbe diutius commorarere, sed publico iussu Drefenam in partem consiliorum, atque ad amplissimum Antistitis munus, vocareris. Eodem casu Academia, quae tantae Virum eruditionis amittit, perculsa est ac prostrata, penetratque hic dolor tantum non ad omnes Academiae literatos ciues, qui desiderium hoc minus, quod paterno prorsus amore ipsos es complexus, dissimulant, nihilque magis, quam, ut diutius ex ore TVO suauissimo pendere ipsis diuinitus concederetur, exoptare videntur. Quod tamen ipsum cum non sine Coelesti Numinis gratia contigerit, nec mutari iam possit, animo vix alio, quam aequo, iacturam hanc omnem ferre decebit. TIBI vero, PATRONE MAXIME, de nouo munere applaudunt cuncti, quos inter ne meo ipse officio, pro TVA in me benignitate non vulgari, deesse videar, Deum O. M. veneror per lancet, ut bonum, faustum felixque, hoc TIBI munus iubeat esse. Idem ille Propitius et Immortalis Deus, qui TE ad augendam ornandamque Christiani orbis dignitatem ita mature excitavit, quam diutissime, in coetus diuini praesidium ingens atque emolumenatum, in totius orbis literati decus incomparabile, in TVAEque pariter florentissimae illius Familiae salutem et solatium, saluum TE et incolumem praeflet, ac, quaecunque officere possunt, benignissime auertat, ut de hoc tali Viro et Antistite sanctus ille Dei coetus, omnique adeo sacrarum literarum cultores, quam diutissime sibi gratulari queant. Adit Deus tori TVO muneri, consilaque TVA multo saluberrima, bella item, quae contra Dei hostes gerere coepisti, ita gubernet, ut falso ea fortunaque temper eventu comprobentur, ac tandem, post tot tantaque pro Deo certamina, coronam, quam omnibus ille confitatur et animose certantibus promifit, TVO victoris capitl imponat. Quod reliquum est, ut me measque Mufas, siue olim, ita deinceps quoque, commendatas habere, et qualecumque hanc anniversari significationem, pro singulari humanitate TVA bene interpretari, digneris modis omnibus, PARONE SVMME, abs TE contendeo. Vittembergae in Saxonibus, A. C. eo 10 eç. xxi Cal. Quintilium.

May VI 182

V. 17

MAGNIFICE AIR
V I R O
 SVMME REVERENDO MAGNIFICO AMPLIS-
 SIMO EXCELLENTISSIMO QVE
D O M I N O
VALENT. ERNESTO
LOESCHERO
 DOCTORI THEOL. EIVS-

DEMOVS LVCVSQVE IN ILLVSTRISSIMA
 IM ACADEMIA PROFESSORI PVBLICO
 IO ALVMNORVM ITEM SAXON.
 HORO SPECTATISSIMO

IAM VERO

NIS REGIA ET ELECT. CON-
 O PROTOSYNEDRII ASSESSORI ECCLESIAE
 DEM D. CRVCIS PASTORI HVIVSQVE
 ARVM SVPERINTENDENTI
 DIGNISSIMO

TRONO DOCTORIQVE
 SET OBSERVANTIAE CVLTV IN PER-
 VVM PROSEQVENDO

DRVM DIGNITATVMQVE

ACCESSIONES

RELIGIOSISSIME

GRATVLATVR

FREDVS VVAGNERVS

TREBOCENTS SAXO

BERGAE IN SAXONIBVS

OFFICINA KREVSIGIANA

A. CIO CC IX

